

1181 adiunaret. Quod ille diu licet dilatum tali scilicet
 diemius ordine isto in anno perduxit ad effectum.
 Non latuit enim eum opinio sanctissimi
 viri Godscalki Silensis abbatis, quem evocatum
 ad se videlicet in Cunitz¹ rogat valde humiliter,
 ut in tali rerum articulo adsit ei auxilio et
 consilio. Quod petit in Deo, non valet negare homo
 Dei, sed incontinenti concedit ei honestos de
 clauistro suo viros scilicet istos: Manduvinum
 priorem suum et Eberhardum suppriorum, cog-
 natum eiusdem Wilhalmi, et tertium priorem^{1a}
 nomine Richuo Richvinum, qui domos interim
 ordinant et mansionem conventui preparant.
 Illis eo euntibus abiit eodem anno sanctus
 ille abbas Godscalkus in Franciam ad capitulum
 Premonstratense^{1b} habens in comitatu suo dom-
 num Ciprianum² cum cognato suo Johanne,
 necnon et dominum Petrum de Loneris³ cum
 litteris prefati comitis Wilhalmi. Qui dum
 recitarent patribus petitionem viri, clementer
 exaudiverunt et loci eius receptionem pre-
 dicto abbati, domino Godscalco, commiserunt.

1) Konig pindorp. Deum ~~Elacien~~

1a) Gint woff für einen ~~Prälaten~~ niederrhein Konig, sog.
 in Cange II, 558.

2) Abt von H. Bingen in Loubau, 1193 Bischof v. Lubin, 1201
 Bischof v. Loubau.

3) Prior des Nonnenklosters Laimionitz b. Labor, f. unter d. 141

1b) Das alljährlich am 6. Oktober in Premontré stattfand.